Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31713
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



censa. S; decandenti ere scintille pde
unt. quia de eorum exhortationibus uerba
flamantia ad aures audientium procedit.
Recte autem predicatorum uerba scintille appe
llata sunt. quia eos quos in corde tetige
rint incendunt; Considerandum quoque
est quod scintille subtiles ualde et te
nues sunt. quia cum predicatores sancti de
celesti patria locuntur. non tantum ua
lent aperire uerbo quantum possunt
ardere desiderio. Ex eorum ergo lingua quasi
quedam ad nos scintille ueniunt. quia
de celesti patria in uoce eorum uix tenu
e aliquid cognoscitur. quod tamen ab eis
non tenuiter amatur; Neque enim celestem
patriam aut uidere tantum sufficiunt
quantum est. aut tantum loqui preualent
quantum uident; Candens ergo es scin
tillas proicit. quando uix tenuiter pre
dicator loqui sufficit hoc. unde ipse
fortiter ignescit. Diuina autem pieta
te agitur. ut ex ipsis scintillis tenuis
simis. audientis animus inflammetur.
quia sunt quidam qui dum parua au
diunt. maiori desiderio replentur.
et inde perfecte in dei amore ardent.
unde uix tenuissimas uerborum scin
tillas acceperint. Verbum quippe predica
tionis semen in corde audientis est.
et auditor bonus inde profert primodum
messem magnam scientie. unde parum
prius acceperit semen lingue. Cui rei be
ne concinit factum in uidua abheli
seo prophetia miraculum. que ne duos
filios auferente creditore amitteret.
prophete dictis obediuit. et ex eo quod
habebat parum olei. per uasa uacua effu
dit. que cuncta prius usque ad summum re
pleta sunt. et ex eorum replecione mulier
a creditoris debito est soluta. Que ui
delicet mulier quam aliam nisi ecc
lesiam signat. duorum populorum id est iudeorum
et gentilium quasi duorum filiorum matrem.
que prius ex peruerso opere per callidi spiritus per
suasionem. quasi quendam peccati nu
mum a creditore acceperat. et duos quos
in fide genuit amittere filios timebat.
Set prophete uerbis id est scripture sacre precep
tis obediens. ex paruo quod habebat
olei uasa uacua infudit. quia dum
ab uni ore doctoris. parum quod de
amore diuinitatis multorum uacue men
tes audiunt exuberante gratia unguen
to diuini amoris usque ad summum reple
tur. etiam nunc multorum corda que prius
uascula uacua fuerant unguento sancti
spiritus plena sunt. que ex paucitate olei
solummodo infusa uidebantur. Quod dum
aliis atque aliis datur. et ab auditoribus
fides accipitur. erepta mulier uideli
cet ecclesia sancta sub creditoris sui iam de
bito non tenetur. Sequitur; Et manus
hominis sub pennis eorum in quatuor
partes. Possunt hoc loco. quatuor par
tes. regiones quatuor mundi accipi.
uidelicet oriens. occidens. meridies.
septentrio. quia sanctorum predicatio aucto
re deo in cunctis mundi est partibus
egressa. Possumus etiam per quatuor partes.
principales quatuor uirtutes accipere: ex quibus
reliquie uirtutes oriuntur. uidelicet pru
dentiam. fortitudinem. temperantiam